



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118510**

§. 42. Fidei articuli a Parisiensi Facultate Theologica itidem propositi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66615)

diam, & ædificationem Christiani populi, Sæcul. XVI.  
 si qui vero contraria agant, eos pro modo A.C. 1544.  
 Facultatis nostræ omnino punire decrevi-  
 mus.

Præterea ipsemet Cæsar promulga-  
 to edicto hanc doctrinam omnino se-  
 quendam esse decrevit.

§. XLII.

*Fidei articuli a Parisiensi Facultate  
 Theologica itidem propositi.*

Cum jam antea Galliarum Rex ejus-  
 modi articulos proponendi manda-  
 tum Parisinæ Facultati Theologicæ de-  
 disse, illius Doctores hæc Regis jussa  
 anno Christi millesimo quingentesimo  
 quadragesimo secundo die decima octa-  
 va Januarii executi sunt, ac viginti no-  
 vem articulos, quos jam alibi recensui-  
 mus, proposuerunt: hoc autem anno  
 eadem Facultas Doctoribus æque ac  
 Baccalaureis, ne doctrinam his articu-  
 lis adversam traderent, severe inhibuit,  
 præcepitque, ut articulis hisce subscri-  
 berent: nec minus postea Verbi divini  
 Præcones hortata est, ut S. Spiritus gra-  
 tiam per B. Virginis Mariæ intercessio-  
 nem pro more implorarent. Hæc Fa-  
 cultatis statuta Rex promulgari jussit,  
 eosque, qui contrarium docere præsu-  
 merent, pœnis coerceri voluit, cui ac-  
 cessit quoque summi Pontificis approba-  
 tio.

*Vid. lib.*

*CXL. §. 74.*

*Et 75.*

*Argent. t. 2.*

*p. 133.*

*Sleid. comm.*

*l. 16. p. 529.*

Sæc. XVI.  
A.C. 1544.

tio. Insuper Franciscus Rex, quamprimam Concilium fuisse indictum compererat, mox ad Fontem Bellaqueum, ubi tum agebat, Parisiensis Facultatis Theologos accersivit, qui etiam Regis mandato morem gerentes, Meloduni convenere, ac de fidei dogmatibus in Synodo proponendis, ac necessario definiendis deliberarunt; ast circa doctrinam nulla nec mutatione, nec additione facta articulis jam antea decretis infiterunt, quamvis non idem inter eos esset opinionum consensus circa Disciplinam; eorum enim nonnulli Decreta in Constantiensi & Basileensi Conciliis promulgata confirmari, nec non Pragmaticam Sanctionem instaurari postulabant: alii vero hæc contentionum argumenta nullatenus revocanda censebant; verebantur enim, ne Rex offenderetur ejusmodi petitionibus, eo quod hæc omnino contrariæ essent concordato, quod idem cum Leone X. summo Pontifice olim erexerat (\*).

## §. XLIII.

(\*) De successu hujus consultationis Parisinæ Sleidanus loc. cit. ita differit: *Hujus deliberationis hic fuit exitus, ut, licet multum esset inter eos altercationis, tamen in iis, quæ jam antea promulgaverant Lutetia, nihil immutarent.*